

00-16151

Abb. 36.



Excusatio Eckij ad ea que falso sibi
Philippus Melancton grama
ticus Vittenburgen. super
Theologica disputatio
ne Lipsia adscripsit.

4932
4.



1519





Johannes Eckius candido lectori,

tori. Salutem Dicit.

Dum in felici Lipsensi gymnasio cum. p. Martino Luter et Andrea Carlestadio. sup arduis rebus theologicis disputassem atq; actum esset per illustrissimi pncipis. D. Georgij Saxonie ducis &c. et vniuersitatis Lipsen. cōsiliarios. ne quis disputata nostra per calcographū disseminaret. anteq; p deligendos iudices esset decretū: quis nostrū fidei chustiane cōsentanea aut pugnancia diceret: ausus est tamē grāmatic⁹ Vuittenbergen Philippus grece et latine sane non indoctus. eplam edere. me lassessere. et pluribus nominib⁹ causaz. non meam. sed fidel obscure re: Et offitū. q in Parrhistense cōtulim⁹ studiū. sibi vsurpare: Cui id respondeā opus est. non mea quidē causa / sed simpliciū: ne mellitis verbis seducant. aut inerrores p̄cipitent: percurrā aut epistolū eius per notulas obiter: non grauabere mi lector: et tantillum temporis eius ponderandis impende.

I Scribit Philip. me causatū coram illustrissi. pncipis designatis. videri mihi ex iure disputantiū esse / ne dictaret: in hoc mihi falsum ascribit: quoniā hui⁹ nunq; meminī apud designatos / sēp dixi mihi nō displicere vt notarij excipent: p̄uatim fa teor dixi languescere animū disputantis. mora stili: et aciem mentis non adeo conari / sicut disputatiōis feruor erigeret: testes sunt designati ab illustrissimo duce / et totius vniuersitatis consiliū.

Z Delibero arbitrio ait ppositū. an de congruo emereamur gratiam: hoc cum agi deberet / impigit mihi quō ad aliam materiā p̄ ne alienā ab instituto Carlestadij eum traxerim. an. s. sola gratia efficiat bonū opus: quā aut impudenter hoc faciat: cui libet est obuiū legenti conclus. meā. vij. Errat qui li. ar. hoīs negat dñm actuum homis ex eo: quia ipsuz habeat se actiue ad malū ad bonū vero tantū passiuē. Et nulla conclusio sonuit de merito congrui: quid autē fieret de homie faciente q in se est. in fine quasi disputantiū. Audaculus tamē sicut non est reuerit⁹. D. Erasmus iudicare in noui testamenti editione. ita et hic iudicis ptes as sumit. diffuniens stetisse saluam Carlestadio sententiam. hoc scio.

Alj

denum admisisse Carlostadiū. voluntatē habere actiuitatem ad bonū opus : At ego nihil decerno. etem pars sum. non iudex : tamen audaculus non veretur dicere me attulisse impetū ex. S. Bernh. olim cum publicabat̄ disputatio. manifestum erit. an verum dixerit grammaticus.

3 ¶ Cum bonū opus dixissem totum esse a deo. non totaliter iridet grammatista hoc velut cōmentū indignū maiestate theologica. cum in disputatione clare me exposuerim. Nescit essentiam dei videri totam a beato. at quia non cōphendit̄ a beato. non videtur totaliter. quidditas generis est tota in vna specie sed non totaliter. Cum etiam sit in alia. Sic anima est tota in manu. Non sic quin etiam sit in pede. Sic bonū opus est totum a deo non tamen sic. quin etiam sit a li. ar. quia simul agunt. nō vicissim. mixtim. non sigillatim. id expresse ait Bernh. p̄tinentissime ad propositum.

4 ¶ Improperat quod multa inciuiliter dixerim contra Lutterū. et breuiter omnia eiusmodi vt inuidiam Martino conflarem apud vulgum. hoc inquā falsum esse. nouerunt candidi auditores. et truncate meā assert̄ rationē cōtra Lutterū de capite ecclesie.

5 ¶ Ponit Hierony. et Cypri. locos pro certis a me prolatos qui tamē indubiū vocabant̄. vide censorem. Hieronymū adduxi li. 1. contra Iovinianū col. 18. Cyprianū in epistola ad pupianū li. 4. epistolarū. Legat studiosus lector. et iudicet an locum dubiū protulerim de primatu petri. cum alijs locis concordantibus. Immo syngrapha Martini probauit. Cyprianum eo loco arbitrari ecclesiam fundatam super petro. sed hec ad iudices.

6 ¶ Inuidiose satis dicit me iactitasse Bernhardi auctoritatem ad Eugeniū. cuius tamē tacite derogat auctoritati. plus ego tribuo vni. S. Bernharδο / q̄z Philippo et omnib⁹ suis affectis : si Bernh. eo libro aliqua dixit pro sententia Lutteri : imputet sibi / cur non attulit. certum est Bernhar. aduersari per omnia sententie Lutterane.

7 ¶ De illo Mathei Tu es petrus et super hanc petram ꝛc. vere proponit sententiam. D. Lutteri pluribus coniecturis monstratam. sed recitet / quod hanc petram esse petram ex Augustino. Hieronymo. Ambrosio. Leone et alijs produxi. Ad hoc ad iudi-

ces. Sed hoc mirum / quod nedum mihi. sed et. D. Luttero falsum imponit. eum. s. respondisse Christum dum petro dixisset Pasce oues meas. post hoc apostolis parem potestatem traditam. Accipite. ff. 7c. cum Martinus pro sua eruditione non tam fede lapsus esse possit. Sed ita euenit. dum sutor ultra crepidam iudicat. hoc loco excuso. D. Martinū. errorem illum per eum non admissum.

8 ¶ Pungit q̄ hereses. Bohemice factiones. et id genus alia crimina fuerint. D. Martino obiecta. Sed recitet quod pro fide christiana id facere sum coactus. dum ipse assereret aliquos articulos Johannis Hus heretici Constantien. concilio damnatos. esse Christianissimos et euangelicos. q̄ quam prudenter fecerit. vt philippus ait. iudices statuent.

9 ¶ Imponit mihi vt apostolos equales in apostolatu dixerim / sed nō equales episcopos. hoc autem est somniū grammatici. non dictum Eclianum. dixi equales fuisse apostolatu. ordine sacerdotij et episcopatus. sed non in cōmissione et administratione regiminis. Id quod. S. Leo Hieronymus et Cyprianus voluerunt. vnde litteratoris ratiunculam paruipendo.

10 ¶ Opinari me scribit a Christo apostolos lectos esse / sed a petro ordinatos episcopos. hoc crudius proponit q̄z ego expresserim. sententia mea fuit ista non memini me legisse. vbi apostoli fuerint ordinati episcopi. tamen cōmunis sententia habet. eos ordinatos in sacerdotes in cena nouissima. quare possem referre ordinationem in episcopos in petrum supremū hierarcham. cum multa sint facta / que non sunt scripta.

11 ¶ De vniuersali episcopo truncate meam adfert solutionē quoniam verba decreti sunt. S. Gregorij. qui opposuit se contra imp. ob hanc causam vt scribit Platina. Sed hoc ad iudices.

12 ¶ Cōuiciatur denuo grammaticus / quod scopum questionis de purgatorio non attigerim. s. de potestate Pape in purgatorium. sed aliam cantilenam inceperim. Hic inquā egregie nugatur grammatellus. quoniam scopus questionis erat conclusio sexta. s. animas in purgatorio nō satisfacere pro peccatorum penis. hoc saxum tunc voluebam. in conclusione vero. xij. vertitur questio. cuius meminit grammaticus. fateor dum conclusioni inten-

derem dixit. D. Martinus. non pbari ex sacris scripturis purgato-
riū esse q̄uis sciret esse purgatorū. assumptionis pbandi pur-
gatorium ex sacris literis.

13 ¶ Ridicule dicit dignā Theologo vocem. s. tantū debere
Macchabeorū libro/quantū euangelio. Sed et hic falsum impo-
nit mihi grammaticus. Nam ad contentionē valere libros Mac-
ca. adduxi. quia. S. Augustinus libro. 18. de ciuitate dei/ et Hiero-
nymus in prolo. ac in decretis dicant librum illum non fuisse in ca-
none apud hebreos. sed ecclesiam recepisse in Canonem. modo si-
cut nescimus. cum plura fuerint scripta euangelia. que sint indy-
bie veritatis. nisi ex approbatione ecclesie approbantis quattuor
euāgelia. et alia reijcientis. ita et ex approbatiōe ecclesie. liber Mac-
cab. apud Christianum debet esse indubitate veritatis. vulgatum
est illud Augustini. ego euangelio non crederem.

14 ¶ Quod Mathei. 5. per carcerem dixi posse intelligi purga-
torium. sed illud nephas esse censet grammaticus et optat plebe-
eniam felicius erudiri. quā id genus interpretationis. Sed dic tu
pulueralente schole magister. an nephas arbitraris interpretari
sacras literas. velut. S. Ambrosii. fecit. qui locum similem apud
Lucam sic accipit. an ne Sancto Ambrosio ita insultas / quod
meliozem te interpretem poscis christianis iam/ quam. S. Ambro-
sius Si intra pellem te contineres et in tuo numero. haberes quis-
dem tuum album. at iam totum te obscurum reddis.

15 ¶ Denuo calumniatur me scopum de penitentia non atti-
gisse. vide procacem iudicem nec rogatum. Immo ipse ex toto nō
attigit/ quid de penitentia disputauimus. hoc actum fuit/ an peni-
tentia incipiat vel ab amore dei. vel a timore iuxta conclusionem
tertiam. At dum ad quartam et quintam conclusiones venimus
actum fuit de remissione pene post culpam dimissam. an autē rec-
te firmari nostra vel. D. Martinus rectius defenderit sua/ Ju-
dices eruditissimi Parrhisiensī studij iudicabunt. non attento quid
grammatico apparuerit.

16 ¶ Scribit q̄ indulgentie mihi iocum et ludum sciebant. et
hoc quidem falsum est. quoniā serio egi. p̄nias esse vtilēs. quod et
Martinus admisit/ egi et ipsas non esse vitium boni operis. demū
conabar. ut per indulgentias fieret remissio penae pro peccatis de-

Bite. vbi. D. Marti. fortiter mihi contradixit indulgentias esse remissiones bonorum operum. Sed de hoc refero me ad scripta notariorum vniuersitatis. Concordauimus tamen ambo. abusus declamantium indulgentias esse reprehendendos.

¶ Hec sunt Iucundissime lector. que videbantur mihi ex re fore partim Christiana partim mea. vt scires. si disputationi non fuisses presens. vt quemadmodum plurimū canet Philippus ne fame credatur aut his qui fame student. ita nec ei credas. qui non veritus est pleraque mihi ascribere. nec quidē a me cogitata. Et quamuis non sit is Philippus/ quod Theologus cum eo congredeatur in Theologico studio. tamen ne agnoscere viderer silentio. Hec que mihi imponit. omnino volui ei occurrere. quod et. S. Augusti. non dubitauerit contra Cresco. grammaticum scribere. Tu vero mi lector his crede. qui presentes disputationi. fuerunt et humanis affectibus. et vsu familiaritatis. sicut Philippus non distinent. nostram vero expurgationem boni consule. Deus est mihi testis. q̄ in hoc negotio. veritatem fidei Christiane quero. et dei honorem. Vale et salue Ex Lipsica. xxv. Julij. Anno gratie. M. D. xix.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines.



F 3749

ULB Halle


3


001 007 467



Handwritten signature or initials in blue ink.







B.I.G.

Farbkarte #13

Eckij ad ea que falso sibi
us Melancton grama
Svittenburgeni. super
eologica disputatio
Liptna adscripsit

4932
4.



1519

